



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trent>**

**Coloniae, 1615**

De naturæ & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

*Ioan. Maria. Episcopo Prænestino, de Mōte, & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalē Presbytero, sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis; exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinā ipsius iustificationis, quam Sol iustitiae Christus Iesus a fidei nostræ auctor, & cōsummator, docuit, Apostoli tradiderūt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto sugerente, perpetuo retinuit, districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.*

**De naturæ & legis ad iustificandos homines imbecillitate.**

**CAPUT I.**

**P**rimū declarat sancta Synodus, ad iustificationis doctrinam probè & sincere intelligendā, oportere, ut unusquisq; agnoscat, & fateatur, quod b cū oēs homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent, c facti immundi, & vt Apostolus inquit, d natura filij iræ, quæ admodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeò serui erant peccati, & sub e potestate Diaboli ac mortis, vt nō modo Gentes per vim nature, sed ne Iudæi quidē per ipsam etiam litterā legis Moysi, inde liberari, aut surgere possent tametsi in eo liberum arbitrium minimè extinctum esset, f viribus licet attenuatum, & inclinatum.

De di-

a Heb. 12.

b Celest. 1.  
ep. 1. c. 4.  
c Cor. 15.  
Rom. 3.  
d Isa. 64.  
e Ephes. 3.  
sup. Sess. 5.  
in prin.  
f Rom. 6.  
& 3.  
Heb. 2.  
g Conc. 2.  
Arausic.